



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nervi Sine Mole: h. e. Controversiarvm Roberti Bellarmini  
S. Rom. Ecclesiae Cardinalis Eminentissimi Compendium,  
à cavillis & imposturis Guilielmi Amesij ... Vindicatum**

**Erbermann, Veit**

**Herbipoli, 1661**

Cap. III. Argumenta Luthero-Calvinica.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9498**

non causat iustificationem. Ergo fiducia specialis misericordiae, quae remissionem factam praecedit, non est iustificans. Verbo, Effectus iustificationis non est eius causa. Quid verò sibi vult mysterium illud quod mox subdit Amesius. *Fiducia ista quamvis causam habeat conservantem conscientiam bonam, pro causa tamen procreante fidem illam solam habet, qua purgantur corda conscientia mala.* Quænam, quæso, hæc fides procreans fiduciam? an specialis misericordiae? at hanc supra expressè contendit sequi fiduciam in posteriori naturâ. Ita seipsum destruit hoc commentum!

VII. Speciatim contra Calvinum arguitur. Fides iustificans pacem & tranquillitatem animis parit. Rom. 5. 1. At fides specialis Calvinica perturbationem & desperationem mentibus adfert; quia ad illam requiritur, ut quis planè cognoscat, se ad numerum prædestinatorum pertinere, & Fidem iustitiâque semel habitam amitti non posse. Ita differtè Calvin. l. 3. Instit. c. 2. §. 38. 39. 40. quæ loca qui legerit deprehendet clarissimè, quàm illustre mendacium sit Amesii, quo cap. 2. claudit, scil. *Falsissima est calumnia certam cognitionem electionis & perseverantia necessariò requiri, ex Calvinî sententia ad Fidem iustificantem.* Sed video, quid suo mendacio fucando obtinere possit, nempe Calvinum eod. lib. & cap. §. 14. & 17. docere, *Fidem semper esse incredulitate permixtam. & §. 17. fidem semper cum dubitatione & incertitudine coniunctam.* At hoc ipsum est, unde Bell. Calvinj non modò apertam contradictionem evincit, sed etiam ostendit, Fidem specialem parere desperationem. Uterque sanè error est intolerabilis, & se mutuò vertens: ita totum Fidei specialis commentum, ad innumerabilium animarum perniciem ex Orco protrusum est.

## CAPVT TERTIVM.

### Argumenta pro fide speciali profligantur.

I. Fides

Cap. 2. Prob

1. Fid

1. Ergo est fide

Hebr 3 6. 14.

necdum fac

parte rei, su

conceditur

sof. &c. C

ὁ πὸς αὐτὸ

τὸ per ὁ πὸς

missa miseric

sed minimè

in omnem

duciam, ex

rectione &

stinguens;

cap. th. 13.

Ajebat eni

Christum

contendit

ciz. Quom

expectatio

I.

consistere, n

19. 20. Ma

ubi agitur d

vocabulum

quæ cred

fiducia. A

ritati præb

Christum n

or) eredere

assereret, e

num ver

Calvinic

nem ut q

ficatione

nobis

desudat

I. *Fides facit ut subsistant quæ sperantur. Hebr. 11.*  
1. Ergo est fiducia sicut etiam apparet ex eiusdem vocis usu  
Hebr 3. 14. Resp. Fides facit ut ea quæ speramus, &  
necdum facta, necdum existunt in substantia seu à  
parte rei, subsistant in anima, & intentionaliter, sic  
conceditur antecedens iuxta expositionem S. Chry-  
sost. &c. Græcorum, qui optimè norant vim vocis  
*ὑπόσπις*: Sic verò sequela negatur. Negatur ve-  
rò per *ὑπόσπις* intelligi expectationem certam pro-  
missæ misericordiæ, ut contendunt Lutheo-Calvini-  
ci, sed minimè probant. Et quomodocunque Amesius  
in omnem partem verset Apostoli verba, fidem, fi-  
duciam, expectationem, de remissione pecc. resur-  
rectione & vita æterna, nunc confundens, nunc di-  
stinguens; non cohærent ista cum iis, quæ in priori  
cap. th. 13. præcipuè, de fiducia iustificante asseruit.  
Aiebat enim obiectum esse misericordiam DEI per  
Christum remittentis peccata, quam remissionem  
contendit in eodem instanti causari à tali actu fidu-  
ciæ. Quomodo ergo iam eadem fiducia iustificans est  
expectatio certa resurrectionis & gloriæ?

II. *Multa sunt loca Scripturæ, ubi sensus non potest  
consistere, nisi per fidem, fiducia intelligatur. Rom. 4. 18.*  
19. 20. Marc. 11. 14. Luc. 1. 6. cum similibus; præcipuè verò  
ubi agitur de iustificatione. Resp. In iis omnibus locis,  
vocabulum Fidei accipitur pro verâ fide Catholica,  
quæ credimus id omne, quod DEVS revelat, non pro  
fiducia. Amesius 2. Si merus assensus qui revelationis ve-  
ritati præbetur, in omnibus locis intelligitur, tum credere  
Christum non magis iustificat, quàm (secundum Pontifici-  
os) credere Tobiam habuisse canem &c. quod tamen qui  
assereret, blasphemus merito haberetur. Resp. Hoc ulti-  
mum verum est: sed illatio illa est ex alma Lutheo-  
Calvinicorum Quodlibetica. Tobiam habuisse ca-  
nem ut quis explicitè credat non requiritur ad iusti-  
ficationem, sicut fides Christi Redemptoris, unde  
nobis omnis spes salutis. Frustra verò  
desudat Amesius in urgenda fide Abrahæ. Ut enim  
admit-

admittamus, quod Toletus ait, iuxta Doctores omnes, Abrahamum credidisse in Christum venturum, nihil hinc pro fide specialis misericordiae evincitur, ut cap. 2. Conf. 2. ostensum est. Quod fiducia eius eximia fidei fuerit coniuncta, uti & obedientia heroica etiam certum est: & similiter quod in nostra iustificatione: at, quomodo hinc infertur: In locis assignatis fidem accipi præcisè pro fiducia? Fatemur quoque fidem miraculorum debere esse tantam ut gignat fiduciam impetrandi quod petitur: at non ideo æque magna & heroica fides & fiducia requiritur ad cuiusvis peccatoris iustificationem & salutem, uti ad montis translationem, aut mortui suscitationem: illa enim cum communis & ordinaria sit, non debet nisi ordinarias habere dispositiones cuiusvis faciles cum ordinariis gratiæ auxiliis; hæc verò miraculosa & extraordinaria mirum non est, quod maius quid in Thaumaturgo præexigant.

III. Fides in Scripturis sæpe opponitur timori, ut Matt. 8. quid timidi estis modicæ fidei? & fideles dicuntur sua fide fortes 1. Pet. 5. 9. Resp. nihil hinc sequitur contra nos. Ideo enim timiditas quæ opponitur fiduciæ, refertur in defectum Fidei, quia ex hac oritur fiducia. Amesius. Non simpliciter quia ex fide oritur fiducia, (hoc enim omnes virtutes cum fiducia habent commune) sed quæ proximè oritur ut perfectio fidei illius, quæ est in intellectu, vel id ad quod proximi fides tendit. & sine quo fides nec efficaciam, nec virtutis rationem habet. Resp. Etsi hoc liberè concederetur, non inferretur tamen rectè Thesis Luthero-Calvinica. Omnium ferè operum virtuosorum defectus oritur in fidelibus ex defectu actualis vivacis fidei; quis ideo dixerit, Fidem esse formalem omnem virtutem, etsi revera suo modo sit radix omnium?

IV. Propterea ex fide, ut sit per gratiam, ut firma sit promissio, Rom 4. 16. Fide intellectu non firmatur promissio, sed fiducia quæ accipimus rem promissam, firmat executionem promissionis. Resp. Apostolus non loquitur de promissione remissionis peccatorum, ut

Cap. 3. A  
patet ex verb  
Ad Quodlibet  
confundens.  
suum in sola  
esse pertendi  
cam, miracu  
consistere cum  
maximè de  
rum fiducia,  
est coniunct  
retica.

V. Fi  
gerum gestarum  
aut præcepta op  
cit promissionem  
tum habemus  
ducia igitur est  
plete non di  
per dilectionem  
qui non dilig  
tamen & in  
Fides tum histo  
revocata pecc  
Christi erga  
penarum, ob  
pta & leges ope  
tū bene ope  
3. Nihil fals  
sum, Fidei iu  
absolutè cert  
Quo errore s  
dem iustifica  
gratiam. Se  
cipii mendic  
historia de Tob  
fides gratia in  
tam refutand  
esse Quodii

patet ex verbis mox sequentibus de mentione gentium. Ad Quodlibeticam pertinet, cum Amesius omnia confundens, hereditatem, benedictionem, beatitatem fidei in sola remissione peccatorum constituendam esse pertendit. Verum est fidem dogmaticam, historicam, miraculorum, & quamcunque magnam posse consistere cum ira DEI; sed idem est de Spe, & multò maxime de commentitia illa Luthero-Calvinicorum fiducia, quæ non modò potest esse, sed semper est coniuncta cum certissimâ DEI irâ, quia est hæretica.

V. Fides non iustificat, ut respicit in verbo DEI rerum gestarum historias, aut comminationes pœnarum, aut præcepta operum faciendorum, sed solummodo ut respicit promissionem gratiæ. Nullum autem singularem respectum habemus ad promissiones supracætera, nisi fiducia. Fiducia igitur est, quæ iustificat. Resp. 1. Absolutè & completè non disponit ad iustificationem nisi fides quæ per dilectionem operatur, cum iuxta Ioan. Omnis qui non diligit, maneat in morte. Resp. 2. Inchoativè tamen & incompletè ad iustificationem disponit fides tum historiarum, v. gr. mortis Christi, quia facile revocata peccatis, ac ad spem erigit illa dilectio Christi erga genus humanum &c. tum comminationis pœnarum, ob similem rationem: tum respiciens præcepta & leges operum faciendorum, quia excitat propositum bene operandi, sine quo nemo iustificatur. Resp. 3. Nimis falsum & hæreticum est iam suprà exploratum, Fidei iustificantis munus esse, reddere singulos absolutè certos de remissione peccatorum & salute. Quo errore supposito haud difficulter probatur, fidem iustificantem respicere tantum promissiones & gratiam. Sed quis non videt hanc esse meram principii mendicationem. Amesius Hinc sequitur. fidem historie de Tobia eiusque cane, eodem modo iustificare quo fides gratiæ in Christo promissa &c. hæc sunt dogmata non tam refutanda quam detestanda. Resp. Hanc sequelam esse Quodlibeticam & stramineam suprà ostendi, cum

cum dixi, fidem explicitam non esse necessariam ad iustificationem de cane Tobiae & similibus innumeris, quae non sunt revelata ut singulis innotescant & explicitè credantur, sed tamen quia revelata sunt ab omnibus fidelibus saltem implicitè creduntur. Gerhardus nil novi adfert.

## CAPVT QVARTVM.

*Quaestio 2. de Fide est, an sola iustificet?*

*Pontificii negant, Nos affirmamus, ait Amesius.*

Inique, more suo, nunc queritur Amesius, pro posterè tractari hanc quaestionem à Bell. priusquam constaret, quae in re iustificatio propriè consistat. Cum enim tam ex parte Catholicorum quàm Luthero-Calvinicorum sine controversia hic supponatur, Fidem non iustificare formaliter, sed vel disponere, vel applicare ipsam formalem iustificationem, nulla poterit hinc oriri confusio in praesenti Quaestione. Nec satis fuit Amesio vana querimonia praeludere, addit mox convicia & cavillos, imò apertum mendacium. Postquam enim praefixisset hunc titulum, [ARGUMENTA BELLARMINI.] mox recitato velut primo argumento ex iis verbis, [Fides non tam iustificat, quàm iustificat ut initium & radix prima iustificationis,] subdit: *Sophisticâ perplexâ ludis hic Bellarm. dum probationem ostentat. Nam 1. Ridiculus est sermo & sensu carens &c. At revera Bell. illis & sequentibus verbis, quae fraudulenter omisit Amesius, non probationem ostentat, sed assertionem Catholicam exponit, nempe Fidem esse initium iustificationis, & non solam sed iunctam aliis dispositionibus, (scilicet Timori, Spei veniæ, Dilectioni, Pœnitentiæ, Voto Sacramenti re ipsa suscipiendi, ac Propositiō novæ vitæ) ad gratiam sanctificantem peccatorem perducere, uti iam videbimus.*

§. I.

*Adstruuntur Veritas Catholica.*

I. Arg.

Patres tribu  
etiam aliis v  
Autec. proba  
ficationis,  
Heb. 11. acced  
is qui longè  
stum quippe  
tionem) pri  
omnes actus  
Mirum est,  
tot tergiversa  
nes Apostoli  
specimè, sed  
mini effarū  
elideret, ait:  
& . 7. 10. 11.  
quolibet!

II. Sin

MOREM, I  
iustification  
bavitque id  
placere DEO  
stificari: Tun  
salutis & sa  
accipiunt ill  
Fidem, ita d  
ad DEVM, u  
sicut iustus ex  
Tun quia si  
Gal. 3) ita T  
Amesius: Ha  
obiectum est m  
Christo iustifi  
hoc Timore  
in intellectu  
latum, hæc v